



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institutiones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

I. Concionis munus proprium est Pastoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

PARS III.  
INSTITUTIONES  
Circa reliquam curam  
Pastoralem.

*Nemo adolescentiam tuam conte-  
mnat : sed exemplum esto fidelium, in  
verbo, in conuersatione, in charitate.*  
1. Timoth. 4.

CAPVT I.

De munere Concionandi.

N V M : I.

*Concionandi munus proprium pastoris.*

**D**e astoris munus non ultimum  
est , gregem pascere diuino  
verbo, qui verus animæ cibus  
est ; sine quo non modò nite-  
scere, sed ne quidem ali populus potest :  
ideo Diuina bonitas semper Ecclesiæ  
suæ de Doctoribus prouidit, qui illu-  
strati

strati diuinâ luce, & altiori quodam spiritu afflati, res supra naturam pos-  
tas populum docerent, viâmque mon-  
strarent, quâ supernaturalem beatit-  
udinem consequerentur. Eiusmodi  
fuêre primi hominum parentes; po-  
puli Iudaici Patriarchæ, Prophetæ,  
Sacerdotes: vt pro grauissimo offensi-  
Numinis supplicio, istæ animæ iacten-  
tur apud Prophetam Amos: *Mittam*  
*famem in terram, non famem panis, neq;*  
*uitim aquæ, sed audiendi verbum Domi-*  
*ni: circuibunt quærentes, & non inuen-*  
*nient. Quid verò inde? & deficent Vir-*  
*gines pulchrae, adolescentes inclyti; quam*  
*calamitatem nostris quoque tempo-*  
*ribus per Pastorum negligentiam in*  
*Germaniam, aliásque Europæ partes*  
*diuinitùs emissam, hodiéque specta-*  
*mus, & lugemus; quò magis tibi, mi*  
*Neo-Paroche, incumbendum vides,*  
*ne tam salutari pabulo tuâ culpâ grec*  
*egeat. At tu magnum, & perdifficile,*  
*inquieris, onus imponis, mihi præser-*  
tim

tum ineruditus, & parum exercitatus.  
Fateor, multa desiderantur in Con-  
cionatore, vires pares, animus pluri-  
marum rerum, & virtutum capax,  
pertinax studium, nocturnæ etiam vi-  
giliæ. Verum assume generosos ani-  
mos, & te his exstimpla: pastorum  
princeps Christus hoc munus sibi  
sumpsit, hoc Apostolis injunxit, hoc  
proprium Episcopi esse voluit. Itaque  
Christi, Apostolorum, Episcoporum  
vices obis, dum agis partes Concio-  
natoris. Quam verò nobile, ac diui-  
num est hoc, ignaris lucem veritatis  
affundere, animos ad virtutem infle-  
ctere, à vitiis dehortari, homines eri-  
pere ab Inferis, cælo inferere? atqui  
fructus hi sunt Concionatoris.

## NUM: II.

*Concionandi Obligatio.*

**M**ulta grauiter, & enucleatè Pa-  
tres Còncilii Tridentini de hoc  
suo munere Seff: de Reform: cap. 2,  
præscri-